

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Pvb. Virgilii Maronis Bvcolicorvm Eclogæ X, Georgicorvm  
Libri IIII, Æneidos Libri XII**

**Vergilius Maro, Publius**

**Genevæ, M.DC.XXXVI.**

Ecloga VIII. Pharmaceutria

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)

## ECLOGA VIII. PHARMACEVTRIA. A

DAMON.

ALPHESIBOEVS.



*ASTORVM Musam, Damonis & Alphesibori,  
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca  
Certanteis, quorum stupefacte carmine lynes,  
Et mutata suos requierunt flumina cursus:  
Damonis musam dicemus, & Alphesibori.*

**P**er Horum Musam Damonis. Apud Theocritum est vna ecloga, **B** quae appellatur *razuanus rega*: In qua inducitur mulier quædam sacris quibusdam peruertens mentem amatoris à quo spernebatur: quam Virgilius transtulit ad huius eclogæ ultimam partem. Prima n. eius pars conquestiōnēm solam habet amatoris deceptiōnēm nubendo alteri, antiqua sponsa secesserat. *Musam*. Ergo Cantilenam amorum quos inter se se cecinerunt. *Immemor herbarum quos est mirata iuuenca*. Qui cantilenæ suavitate coegerunt etiam ea animalia obliuisci paucorum, quæ sunt palcenti audiissima. Nam suprà ait, *Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenca. Stupefacte carmine lynes*. Animalia tanquam *Pantheræ* in tutela *Liberi*, & paulatim ad augmenta procedit, dicens, *Iuuenca oblique sunt pascuorum: stupuerunt feræ: flumina etiam sensu carentia cursus proprios retardauerunt. Requierunt flumina cursus*. Cursus proprios retardauerunt, & quietos esse fecerunt. Sic Sallustius *Paululum requiebat militibus*. Quelco enim duplēcēm habet significationem & aliter dico. *Quiesco ego: nūm aliter: & aliter quiesco seruum*, id est quiescere facio. *Calauis in Io, Sol quoque per annos meminit requiescere cursus*. *Damonis Musam*. Bene repetit ne longum vperbaton leculum confunderet, ut in Georgicis repeatit, *huc pater & Lenæ*.

*Tu mibi seu magni superas iam saxa Timau:*  
*Sive oram Illyrici legis aequoris, en erit unquam*  
*Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?*  
*En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem*  
*Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?*  
*A te principium tibi desinet: accipe iussis*  
*Carmina accepta tuis, atque hanc sine tempora circum*  
*Inter victrees hederam tibi serpere lauros.*  
*Frigida vix cœlo noctis deceperat umbra,*  
*Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:*  
*Incumbens tereti Damon, sic caput, solua.*

**T**u mibi seu magni superas iam saxa Timau. Vbi es ô Auguste, sive Venetiae flumen transcendis (nam Timaus fluuius est Venetiae vel Histria). Sive oram Illyrici legis aequoris, en erit unquam ille dies, hoc est sive per Illyricum nauigas mare, Id est, per Dalmatiā: putas unquam erit tempus quo mihi liceat tua facta describere? Putas. En erit. Ecce iam aderit. Nam en unum optantis est, vt, en erit ille dies, aliud confirmantis, vt, en erit vt liceat. Sola Sophocleo tua carmina d.c. Ac si diceret, Quanquam impar sit ingenium meum laudibus tuis, nam tuæ laudes merentur exprimi Sophocleo tantum cothurno. Sophocles autem Tragediographus fuit altisonus. Alij ideo hoc de Polione dictum volunt, quod & ipse viriusq; linguae Tragediarum scriptor fuit. Cothurnus autem calciamentum tragicum, cuius vsum quidam Sophoclem primum scenæ introduisse volunt. *A te principium tibi desinet*. Sic & Homerus, in oī. 18. 1. 18. 2. 1. 18. 3. Horatius, *Prima dicta mibi summa dicenda camenea*. *Iussis carmina copia suis*. Suprà. n. dixerat, Non iniussa cano, *Atque hanc sine tempora circum Inter victrees hederam tibi serpere lauros*. Allegoricōs dicit, Debet etiam Carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Nam victores Imperatores lauro: hedera coronantur Poetæ. Verecundē autem ait *Serpere*, hoc est humiliter procedere. Alij ideo lauri & hedera simul mentionem factam accipiunt, quoniam Apollo carminum deus, idem Liber paser putatur. Quidam, sicut dictum est, in Polionem dictum trahunt, qui tunc Illyricum petebat expugnaturus Salonas & inde ad orientem ad Antonium prefecturus. Lauro autem trium-

A triumphantes coronantur, hedera poetae: Pollio & Imperator est & poeta. **C**ar tamen triumphantibus lauro coronentur, hæc ratio est; quoniam apud veteres à laude habuit nomen, nā laudum dicebant, vel hanc in manu habuit Iuppiter, quando Titanas vicit, vel quod ea arbore Praefecti militum, Fidenatibus victis se coronassent sub Romulo, vel quod semper vireat. Hedera autem ideo coronantur poetae, quoniam poetæ saepe vino plurimo manifestum est uti, sicut & de Ennio ait Horatius, & Lyrici omnes in suis carminibus loquuntur, & hæc herba nimium frigida est, & vini calorem temperat, nam ideo & capiti imponitur. Varro ait Liberū patrem propter calorem vini, hedera coronatum. Idem Varro etiam Musas ait hedera coronari. **F**rigida vix calo noctis decesserat umbra. Simul atque decesserat. Et bene ostendit amatorem tota nocte vigilas. Siquidem ortum luciferum primus aspexit: & ad eum, quippe ut ad Venieris stellam, locutus est. **B**autem nox aut umbra pro tenebris posita. Cum ros gratus simus. Masculini est generis, secundum quod etiam in Aeneide ait, Spargit ripida vngula tores sanguineos. Incubens propter amorem non se sustinens. Tereti. Teres est rotundum & oblongum, ut columnæ, arbor. Alij tereti oliuæ, baculum de oliuæ accipiunt.

**D.** Nascere, præque diem veniens age Lucifer alnum:  
Coniugis indigno Nisi deceptus amore

**C.** Dum queror: & diuos quanquam nil testibus illis  
Profeci ) extrema moriens tamen alloquor hora.  
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.

**N**ascere præque diem, quia dixerat Frigida vix coelo n.d.u.id est priusquam nox occidit. **P**raeque diem veniens ordo est, nascere Lucifer præuentensque diem alnum. Age, sic alibi, Duce bâque diem. Et hoc dicit, Nascere dum queror Coniugis Nisi indigno amore deceptus, & moriens alloquor diuos: quanquam nihil mihi profuerit quod sum eos saepe testatus. Quam rem secundum Epicureos ait, qui disunt, Nec bene pro meritis capit, nec tangitur ira. **C**onius autem non quæ erat, sed quæ fore sperabatur. Sic in quarto Aeneidos, Quos ego sum toties iam designata maritos. Alij indigno deceptus amore, antiquè dictum accipiunt: indigno pro magno, ut indignas hyemes, vel impari, quia plus amabat, & minus amabatur: deceptus pro captus: Amore, aut in amore, aut ob amorem. **E**t diuos quanquam nil testibus illis profeci. Sic hoc dicit tanquam iusurandum inter eam & Nyssam intercesserit. Extrema moriens tamen alloquor hora. Id est, paulò post moritrus. Sic in quarto, Incubuitque thoro, dixitque nouissima verba. **I**ncke Menalios, Arcadicos. Nam Menalus mons est Arcadiæ. Dicitur autem hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquantulos interponitur versus: sicut intercalares dies & menses vocantur, qui interponuntur, ut ratio lunæ solisque conueniat. Fecit autem hunc versum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria: οὐτε ἡμέρα τοῦ μηνὸς εἰσὶν οὐδὲ τὰ αἱρέσαι. O turbo maritum meum adducito. sicut hic in sequentibus, Ducite ab yrbe domum mea carmina, ducite Daphnus. Mea tibia. Mea musa.

**E.** Menalus, argutumque nemus pinosque loquentes  
Semper habet: semper pastorum ille audit amores,  
Panaque, qui primus calamos non passus inertes.  
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.  
Mopsos Nisa datur: quid non speremus amantes?  
Iungentur iam gryphes equis: euoque sequenii  
Cum canibus timidi venient ad pocula dame.  
Mopsos nouas incide facies: tibi ducitur uxor.  
Sparge marite nuces, ubi deserit Hesperus Octam.  
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.

**F.** Menalus. Ille fons. Argutumque nemus. Garrulum, stridulum, ut Forte sub arguta considerat ilice Daphnis. Pinosque loquentes. Ideo hoc dicere ausus est, quia dicturus est, semper pastorum ille audit amores. Sic etiam in prima ecloga, Formosam resonare doces Amaryllida sylvas. Sic & in Aeneide. Dant sonitum rauci per stagna loquentia cygni. Panaque qui primus calamos n.p.i. Pan Arcadiæ deus est. ut Pan deus Arcadiæ venit, qui fistula canes primus inuenit, quia calamos in vsum cantilenæ adducens inertes esse non passus est, id est otiosos.

Sine arte: & Non passus inerter, deest esse. Mops Nisa datur. Honestatupitudo, pulchra deformi. A  
 Quid non speremus amantes. Speremus pro timeamus, ut, hunc ego si potui tantum sperare dolorem, vel quid non speremus peruersi accidere, cum hoc mihi acciderit. Difficile esse putamus, qui aliquid amamus, ut ea que amamus assequi possumus, Iungentur iam gryphos equis. utrum idem iugum subibunt et dicuntur iungiumenta: an coitum iungentur? Grifhes autem genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus, omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infesti, Apollini consecrati. Aenone sequenti, accessu temporum non solum pulchra deformibus nubent, sed etiam contraria naturae animalia iungentur. Notandum sane etiam hic pro tempore, ut ipse alibi, Tantum eti longinqua u.m.u. In quis longissimo quo plura de bonis fusa in decius composita. Alias etiam pro annis, ut, vos o quibus integer uul. C. Cum canibus timidi venient ad pocula dame, alludit ad personas. Nam Mopsum quasi canem, Nisam B quasi dammam vult. Et dammas masculini generis posuit, ut alibi, Timidi dammæ, ceruique fugaces. Horatius, foeminino ait, Superiœ pauide natarunt aequore damnae. Et hoc ne ianuam avertit faceret, dicendum timidi dammæ. Mops nouas incide faces. Quæ solent praetere nubentes pueras. Cornea sanæ faces que quasi diutissimæ luceant, quas rapiunt tanquam vitæ praesidia. Namque hi quæ sunt perti diutius feruntur vixisse. Varro in Aetis dicit sponsas faces preire, quod ante non nisi nocte ducebantur ab sponsis. Quas etiam ideo ait limen non tangere, ne a sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem, calcent rem Vestæ, Id est numini castissimo consecratam. Dicitur etiam ideo a nouo marito nuces spargi debere, quod proiectæ in terram tripudium solistimum faciant, quod auspicium ad reformandam optimum est: vel ideo à pueris aspergendas nuces cum strepitu & conuicio flagitari, ne quid noua nuptia audiat aduersum, quo dies nuptiarum dirimatur. Quidam putant quod haec esca ad incitandam venem faciat. Sanè fabula de nucis origine talis est: Dion rex Laconia fuit, qui habuit uxorem Inphiteam Prognai filiam, quæ cum Apollinem summo cultu & reverentia hospitio receperit, ille remunerari volens circa se hospitum cultum, tribus filiabus eorum, quæ Orphe, Lyco, & Caroea appellatae sunt, diuinationem concessit, adiecto ne proditrices numinum esse vellet, ne quærerent quod esset nefas scire. Post Liber pater adueniens a Dionis vel eius uxore receptus hospitio est, qui cum animata se Caroea cōitum miscuit: sed cum inde ex grē Liber profectus esset, cogente amoris impatientia denuò ad hospites reddit, causam prætendens dicandi, sanè quod id rex voullet, sed Lyco & Orfe intellecto circa sororem Caroeam Liberi amore, eam custodire coepit, ne cum Libero ei esset copia coeundi, quas cum Liber pater D moneret, terretur etque ut saltim præcepta Apollinis custodientes pertinacem diligentiam compescerent, videreturque ab his & sororem acius custodiri, & suum secretum studiosius inquiri. Orphen & Lico immenso furore ad Taygetam montem rapta in sacra conuertit. Caroeam vero quam amauerat in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quæ Latinæ nux dicitur, quod postea Diana ita factum Laconas docuit, unde templum Cæsaratidi Diana et iconibus consecratum. Sparge marite nuces. Idem Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, ut Louis omne matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit sicut Iuno. Nam nuces in tutela sunt Louis. Unde & iuglandes vocantur, quæ Louis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces ut rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri. Modò tamen ideo dicit, Sparge marite nuces, ut eum culparet infamia. Nam meritorij pueri, id est caramiti, quibus licenter vrebantur antiqui, recedentes a turpi seruitio, nuces spargebant, id est ludum pueritiae: ut significarent se puerilia cuncta iam spernere. Unde & illud dictum est, Tibi ducitur uxoris: id est sub tuo nomine aliis ducitur: ut eam non ipsi, sed aliis seruitur significet: scilicet eius corruptoribus. Tibi deferit hesperus Octam Oeta mons Thessaliam: in quo Hercules exultus est volens, postquam se exuere non potuit tunica Nelli Centauri cruento tincta, & post in celum receptus est. De hoc monte stellæ videntur occidere, sicut de Ida nasci: v. Iamque iugis lumina surgebat lucifer Idæ. Et hoc dicit, tibi Hesperus deferit, tibi, id est per te nox aduenit. In eodem monte Hesperus colli dicitur, qui hymeneum speciosum puerum amasse dicitur, qui hymeneus fertur in nuptiis Ariadnes, & Liberi patris vocem F perdidisse cantando, ex cuius nomine nuptiae dictæ sunt.

O digno coniuncta viro, dum despicias omnes:

Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capelle,

Hirsutusque supercilium, promissaque barba:

Nec curare deum credit mortalia quenquam.

Incipe Monachos mecum mox tibi versus.

O digno coniuncta viro. Iam insular pueræ. Ergo sic pronunciandum ut habeat contem-  
platum-

## ECLOG. VIII.

45

A ptum. *Dum despicias omnes. Quoniam ipse despicitur putat omnes despici.* *Mes fisula. Cantilena.*  
*Dumque capelle. Scilicet tibi dum sunt odio. Hirsutumque supercilium. Vtrum natura, an quod*  
*tibi ita videtur? Promissaque barba. Per incultum corporis ostendit fortitudinem suam. Nec cura-*  
*re deum credis mortalia quenquam. Superbia tua damnata est turpi marito, dum credis nullum*  
*deorum curare mortalia ostendit.\* Quam rem secundum Stoicos dixit. Mortalia vero... .*

*Sepibus in nostris paruam te roscida mala*  
*(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.*  
*Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus?*  
*Iam fragiles poteram, à terra contingere ramos.*  
*Vt vidi, ut perij, ut me malus abstulit error:*  
B *Incipe Menalios tecum mea tibia versus.*

C *Roscida mala. Matutini roris humore perfusa, Sanè unde Melus græcè traxerit nomen, fabu-*  
*la talis est: Melus quidam in Dèlo insula orrus, relicta patria fugit ad insulam Cyprum, in qua*  
*eo tempore Cinyras regnabat, habens filium Adonem: hic Melum sociatum Adoni filio iussit*  
*esse, cùmque eum videret esse indolis bonæ, propinquam suam dicatam & ipsam Veneri, quæ*  
*Pelia dicebatur, Melo coniunxit: Ex quibus nascitur Melus, quom propterea quod Venus Ado-*  
*nis amore teneretur, tanquam amati filium inter aras præcepit nutritiri. Sed postquam Ado-*  
*nis apri istu extinctus est, scenex Melus cum dolorem mortis Adonis ferre non posset, laqueo*  
C *se ad arborem suspendens vitam finit, ex cuius nomine Melus appellatus est. Pelia autem con-*  
*xit: sius in ea arbores se adpendens necata est. Venus misericordia eorum mortis ducta, Ado-*  
*ni luctum continuum præstítit, Melum in ponum sui nominis vertit, Peliam coniugem eius*  
*in columbam mutavit: Malum autem puerum qui de Tynyræ genere solus supererat, cùm*  
*adultum vidisset, collecta manu redire ad Delum præcepit. Qui cum ad insulam peruenisser,*  
*& rerum esset ibi potitus, Melon condidit ciuitatem: & cùm primus oves tonderi, & vestem de*  
*lans fieri instituisset, meruit ut eius nomine oves pūla vocarentur, Græcè enim oves pūla ap-*  
*pellantur. Dux ego vester eram. Aut dux vos præbam, Aut capellas alloquitur. Cum matre legentem.*  
D *Deest pronomen, & ideo vel huius, vel puella matrem intelligere possumus. Alter ab undeci-*  
*mo tum me iam ceperat annus. Id est tertiusdecimus. Alter enim de duobus dicimus. Et vult signi-*  
*ficare iam se vicinum fuisse pubertati, quod de duodecimo anno procedere non potest. Bene*  
*cum annis iungit habitum corporis. Nam & in iure pubertas ex vitroque colligitur. Vt vidi, ut*  
E *perij Viam est temporis, aliud qualitatis. Nam hoc dicit, Mox vt vidi, quemadmodum vel qua-*  
*liter petij, vel primum ut postquam, duo sequentia pro admirandi significazione posita sint.*  
*Malus error. Dispositio amoris. Nam amor errare plerunque compellit.*

Nunc scio quid sit amor: duris in coribus illum  
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes  
Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt.  
E Incipe Menalios tecum mea tibia versus.

F Edum. Pariunt, ut in septimo. Sub lumenis edidit oras. Num scio quid sit amor. Vel quasi iam  
iuvensis, vel quasi spretus. Grauior enim amor fit ex despectione, vel ex desperatione. Teren-  
tius, Perij: quanto minus spei est, tanto magis amo. Ismarus, aut Rhodope. Montes sunt asperrimi, Isma-  
ros in Ephyro, Rhodope in Thracia. Et perit vituperat ab origine. Item à gestis, vt, Sæus  
amer docuit. Nam de exitu circa deum vituperatio non cadit. Extremi Garamantes. Populi  
Africæ. Extremi autem, sæui, quasi à confortio humanitatis remoti. vt, Extremi que hominum  
Morini, Rhenusque bicornis. Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt. Id est nihil habentem  
in se humanitatis. Nam non dicit, non mortalem.

Sæus amor docuit natorum sanguine matrem  
Commaculare manus: crudelis tu quoque mater.  
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?  
Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.  
E Incipe Menalios tecum mea tibia versus.

G Secundus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Quasi nouam artem insinua-  
D 3

uit, & infudit, & fabulam omnibus notam per transitum tetigit. Quis enim ignorat Medeam ab Lasone contemptam suos filios peremisse? Commaculare. Polluere. **Cruelis** tu quoque mater. Vt cur autem optima moderatione. Nam me totum amori imputat, ne defendar particidam: nec totum matr, ne auctrem eximat culpæ: sed & illam quæ paruit, & illum qui coegit, incusat, Alij hoc loco cum amore matrem Venerem culpati volunt: etiam enim crudelēm quia permittit, illum autem improbum qui supra modum noceat, ita vt ad particidia quoque sui violentia plures impulerit. **Improbus** ille puer, **cruelis** tu quoque mater. Non est superflua hæc verborum iteratio. Nam syllogismus est plenus, qui constat ex propositione, assumptione, & conclusione. Multi sic distinguunt quia & intentio loquentis ab initio sic fuit, vt a se uita amoris inciperet, in secundo loco accusaret matrem, ita tamen vt criminis eius inuidiam crudelitati amoris adscriberet, & ideo geminandum illo, improbus ille puer, **cruelis**, & distinguendum ita est, **cruelis** tu quoque mater. **Cruelis** mater magis, an puer improbus? & distingue & subiunge, tu quoque mater.

Nunc & ones vltro fugiat lupus: aurea dura  
Mala ferant quercus:narcisso floreat alnus:  
Pinguisa corticibus sudent electra myrice:  
Ceruent & cycnis vlate: sit Tityrus Orpheus,  
Orpheus in sylvis, inter delphinas Arion.  
Incipe Menalios mecum mea tibia versus:

*Nunc & oves ultro fugiat lupus. Optat omnia fieri contra naturam: Aurea vel speciosa vel matura & aurei coloris, ut scilicet, quia illa pulcherrima turpissimo marito nupsit, quod bene contra naturam videbatur: cum esset ipsa honesta: consequens sit ut sint & alia contra naturam ut fugiat lupus oves, ut ferant quercus aurea mala, & reliqua quæ dicit. Pinguis electra. Id est succinæ gemmæ, Myrræ. Genus arbulculæ vilissima humile, quam tramarcient vulgo dicunt. Cerunt & cycnis vultu. Aues &c. id est à fletu, nominatae. Quas vulgo vultos vocant. Sic Tityrus Orpheus. Vilissimus rusticus, Orpheus putetur in sylvis, inter delphinias Arion. Hic Arion Lesbius cytharœdus optimus fuit: qui cum à Pyranto rege Corinthiorum petisset, ut sibi liceret peragrare alias ciuitates, permisso eius per multa oppida collectis beneficio cantilenæ opibus, Corinthum petere cepit, in cuius necem cum naute & seruuli coniurassent, Apollo eum in somnis monuit, cytharœdi habitu accepto canens cythara ut vitaret insidias, auxilium ei non defuturum promittens, in quem cum coniuratorum manus inuolasset, petit ab eis Arion, ut sibi cythara canere liceret, quod cum ab illis promissum esset, ad eius cantilenam conuenere delphines: Is ubi somnio fidem factam vidit, in mare se præcipitauit, & exceptus ab uno delphine, Athenarum Laconice promontorium proeuctus est, ibique ad memoriæ casum suorum in templo Apollinis delphini signum insidentem se cum cythara posuit: Ex inde Corinthum petit, & vniuersa narravit: In tempore autem hoc etiam nauis, in qua nauigauerat cum insidiatoribus superuerent, quos cum Rex de Arione requisisset, illi eum mortuum mentirentur.\* produci Arionem iussit adfigi, sed Apollo tam delphinum quam citharam ob amorem Arionis inter sydera collocauit: Delphinus, nas ideo breuis est, quia græca declinatio est, sicut Arcadas accensos monitu. Nam omnia græca nomina quæ nominatiuo plurali & terminant, ut Arcades, Naiades, delphines, accusatiuum pluralem corripiunt.*

*Omnia vel medium fiant mare: viuite sylue:*

*Præceps aerij Specula de montis in undas*

*Defeat: extremum hoc munus morientis h*

*Desine Manalios, iam desine tibia versu.*  
Omnia vel medium fiat mare Medium fiat, id est, ut nihil sit nisi mare, hoc est diluvium fiat me-  
dium: optat enim confusione elementorum *Vinice sylue*, valete, non enim bene optantis est,  
sed renuntiantis. *Precepit* a.s.d.m.i.u.d. Quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leuca-  
ten soliti erant se precipitare, quia aut suos parentes inuenire cupiebant, aut amari ab his de-  
siderabant quos amabant. Extremum hoc minus morientis habeo. Id est moriar in inuidiam tuam.  
Nam amare ait *Munus*. Sic Mezenitus, Et haec tibi porto Dona prius: vel extremum hoc mu-  
nus mecum habeo quod morior.

Hac Damon, vos, quæ responderit Alpheus

*Dicite Pierides: non omnia possumus omnes.*

*Hec Damon. Deest dicit, Dicte Pierides. Bene animos erigit auditorum: dicendo. Superiora  
vici quae dicta sunt, sequentia, non nisi à numinibus poterunt explicari. Sanè ita debemus ac-  
cipere*

## E C L O G . I X .

47

**A** cipere pastores hos referre, quid aliquando in Arcadia audierint. Vnde & superius ait, Incipe Menalios mecum mea tibia versus. Id est Arcadicos. Non omnia possumus omnes. Sic Cicero, Vnum sustinere vix pauci possunt: utrumque nemo.

**A1.** Effer aquam: & molli cinge hac altaria vita:  
Verbenasque adole pingues, & mascula thura,  
Coningis ut magicis sanos auertere sacris  
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.  
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

**B** Effer aquam. Hic inducit mulierem sacris quibusdam peruertere mentem amatoris a quo spernebatur. Molli vita. Lanea scilicet. Verbenasque verbenas dicuntur virgulta quae semper virent iocundi odoris. Alij verbenas virgulta religioni apta. Alij propriè olivarum ramos. nam ideo & pingues ait, quamuis hoc & de palma & de lauro dici possit. Alij sorem marinum dicunt, omnia tamè hæc à viriditate, verbenæ appellantur. Adole. Incende, sed uerbera, dicitur, nam adole est auge. Pingues, florentes, vires. Mascula thura, quæ in modum testiculorum sunt. Coningis. Apud Theocritum non coniugis, sed alieni adolescentuli persona subest, sicut suprà dictum est. Sanos sensus. Qui modo sani sunt, id est Non amantes. Vnde è contra amantes insanos vocamus. Magicis sacris, quibus alienantur animi quadam violentia, ab his qui eorum usum habent. Auertere autem, à sanitate mutare aut auertere ait, peruertere, ut sit mutata præpositio, aut certè in me conuertere. Experiar. Coner, probem, incipiām. Sensus. hoc est animum ex quo sensus nostri sunt cerebri. Nihil hic. Figuratum est hic Desunt quia absunt. Nihil hic nisi carmina desunt, tanquam omnibus quæ imperauerat paratis carmina sola deesse dicit, nam hoc sequitur. Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite pro adducite. Daphnin. Hunc Daphnin pulcherrimum inter pastores, & ephebum & ab omnibus amatum foeminis, sicut supradictum est, multi scriptores adserunt, cuius mentionem Virgilius peritus antiquitatis, non incaecul locis plurimis facit. Hunc igitur cum nympha Nomia amaret, & ille eam sperneret,

**D** & Chimeram potius sequeretur, ab irata nymphe amatrice luminibus orbatus est, deinde in lapidem versus: nam apud Cephaloeditanum oppidum saxum dicitur esse, quod formam hominis ostendat. Alij hunc Daphnin Pipleam amasse dicunt, quam cum a prædonibus rapram Daphnis per totum orbem quæsisset, inuenisseque in Phrygia apud Lytiersem regem seruitem, qui hæc lege in aduenas sœviebat, ut cum multis segetes haberet, peregrinos aduenientes secum metere faceret, victosque iubaret occidi. Sed Hercules miseratus Daphnidis, venit ad regem, & audita conditione certaminis, falx ad metendum accepit, eaque regi caput amputauit: Ita Daphnin a periculo liberavit, & ei Pipleam, quam alij Italiam dicunt, reddidit, quibus dotis nomine aulam quoque regiam condonauit, ferali sopito metendi carmine.

**E** Carmina vel celo possunt deducere Lunam:  
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis:  
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.  
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

**F** Carmina vel celo possunt deducere Lunam. Vel, id est etiam: ut, Vel Priamo miseranda manus. Est autem argumentum a maiore ad minus, Si hæc possunt facere carmina: cur non etiam faciliter impleantur? quid enim facilius quam ut Daphnis ex urbe rus redat, ut ciuitatem deserat rusticus? Et bene potentiam carminum narrat, quæ pro ea vel fieri possint, vel facta sint. Frigidus. Nocens: ut, Frigida Saturni sepe quo stella receptet. Cantando. Dum ei incantatur, Nam gerundius modus ab omni verbo similiter procreatur. Vnde modò Cantando à passu ait: cum tu præ actuo dixerit: ut, Cantando tu illum? Tale est illud in Salustio, Cum ipse ad imperandum Tisidium vocarat, Id est, ei imperaretur. Sanè veteres cantare de magico carmine dicebant, vnde & excantare, est magicis carminibus obligare: Plantus in Bacchidibus, Nam tu quidem cuius excantare cor facile potes.

Terna tibi hac primum triplici diversa colore  
Licia circumdo: terque hac altaria circum  
Effigiem duco: numero deus impare gaudet.  
Ducite ab urbe domum mea carmina: ducite Daphnin.

Terna. tria. Licia circumdo. Id est, tria alba, tria rosea, & tria nigra circumdo, & bene

virtut liciis, que ita stamen implicant, ut haec adolescentis mentem impicare contendit. Effigiem duco, ut Effigiemque thoro locat, haud ignara futuri. Hoc faciunt malefici, hoc est effigiem amatoris circumferunt, vnam ex limo, aliam ex luto, tertiam ex cera. Numero deus impar gaudet. Aut quemcumque superiorum, iuxta Pithagoreos, qui ternarium numerum perfectum summo deo adsignavit, quo initium, & medium, & finis est, aut reuera Hecaten dicit: cuius triplex potestas esse perhibetur. Vnde est, Tria virginis ora Diana. quamvis omnium prope deorum potestas triplici signo ostendatur, vt Louis triduum fulmen, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps. Apollo idem sol, idem Liber, vel quod omnia ternario numero continentur, vt Parca: Furiæ, Hercules etiam trinotio conceptus. Musæ ternæ: aut impar quemadmodum cumque: nam septem corda, septem planetæ, septem dies nominibus deorum, septem stellæ in Septentrione, & multa his similia: & impar numerus immortalis, quia diuidi integer non potest, par numerus mortalis, quia diuidi potest, licet Varro dicat Pithagoreos putare imparem numerum habere finem, parem esse infinitum, ideo medendi causa multarumque rerum impares numeros seruari. Impare autem propter metrum ait, Nam ab hoc impari dicimus.

*Necete tribus nodis ternos Amarylli colores:*

*Necete Amarylli modo: & Veneris, dic, vincula neclo.*

*Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnem.*

*Neclo, coniunge, ut ita implicitur mens amatoris, sicut implicantur & connectuntur illi coloris inuicem. Tribus nodis. Ternos lane colores. Amarylli. Haec Amatilla eius est quam Græci εὐπαρσύν dicunt. Veneris, dic, vincula neclo. Anapæsticus est trimeter hypercataleucus. Hoc autem metrum est Cupidini consecratum.*

*Limus ut hic durescit, & hac ut cera liquefcit,*

*Vno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore,*

*Sperge molam, & fragiles incende bitumine lauros,*

*Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnidie laurum.*

*Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnem.*

*Limus ut hic durefcit. Si delimo facit, Daphnidem de cera. Fecerat illa duas imagines, alteram ex limo, qui ex igne fit durior: alteram ex cera quæ igne soluitur: ut videlicet mens amatoris ita durefcet ad illam, quam tunc amabat: omnésque alias, sicut ad ignem limus: & ad se ita moliretur & solueretur amore, vt cera ad ignem liquefcit. Sic nostro Daphnis amore durefcet & liquefcet: vt scilicet quam appetit deserens, me potius amet. Sperge molam. Far & salem. Hoc nomen de sacris tractum est, far enim pium, id est mola casta, falsa (utrumque enim idem significat.) Ita fit virgines Vestales tres maximæ ex nonis Maijs ad pridie Idus Maias, alternis diebus spicas adores in cornibus messuariis ponunt, eaque spicas ipsæ virginis torrent, pindunt, molunt, atque ita molitum condunt. Et eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus adiecto sale cocto, & sale duro. Igitur quod in sacrifici mola casta dicitur, ideo Virgilii in quinto Æneidis farre pio enuntiavit: quid enim est pium nisi castum? quoniam piare est propitiare, quod accidere non potest nisi castè inferuitum erit rebus sacris. Hic autem dicendo asperge molam, rem ipsam proprio nomine memorauit, vnde in secundo Æneidis, & falsæ fruges, & in quarto ipsam molam. *Incende bitumine lauros.* Id est lauros diuino igne consume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundant: adeo ut inde fabricent muros. Et bene quod conglutinat & ardet, ad veneficium adsumitur, vt glutinetur & ardeat ad amorem maritus. *In Daphnidie laurum.* Aut Archaïnos est, pro in Daphnidem: aut intelligamus supra Daphnidis effigiem eam laurum incendere, propter similitudinem nominis.*

*Talis amor Daphnem, qualis cum fessa iuuencum*

*Per nemora, atque alios querendo bucula lucos,*

*Propter aquæ riuum viridi procumbit in olua*

*Perdita, nec sere meminit decedere nocti:*

*Talis amor teneat: ne sit mihi cura mederi.*

*Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnem.*

A. *Bucula.* Bos est diminutio. Sanè *Bos* anomalum nomen est. Nam hic bos, & ḥ bos producit: sicut his bubus, & ab his bubus. Nam reliquī omnes casus breues habent syllabam primam. Propter. *Iuxta.* *Perdita.* Amore consumpta. Sera meminit decadere nocti. Id est tenebræ illam occupant. Nec sit mihi cura mederi. Aut nolim ei magicis artibus subuenire: aut nolim cum ipso cumbere. ab vtroque enim medecina amantibus venit, & mederi pro medendi.

*Has olim exuias mihi perfidus ille reliquit,  
Pignora chara sui: quæ nunc ego limite in ipso  
Terratibi mando: debent hac pignora Daphnī.  
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnī.*

B. *Perfidus.* Nunc scilicet perfidus. Limine in ipso. In loco sacro, sicut supra diximus, *Vestæ.* Nam Terra ipsa dicitur, quæ & *Vesta.* Beneficiū autem ita administratur, ut in limine ponantur eius exuiae, cui beneficium fit.

*Has herbas, atque hæc Ponto mibi lecta venena,  
Ipse dedit Mæris: nascuntur plurima Ponto.  
His ego sepe lupum fieri, & se condere sylvis  
Mærim, sepe animas imis excire sepulchris,  
Atque satas alio vidi traducere messes.  
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnī.*

C. *Ponto.* in Ponto, & modo prouinciam dicit hoc nomine, non mare. *Mibi lecta.* Ordo est mihi dedit, non mihi lecta. *His ego sepe lupum fieri.* Est enim opinio quosdam homines artibus quibusdam in lupos mutari. *Sylvis, pro in lyluis.* Atque satas alio vidi traducere messes. Magicis quibusdem artibus hoc fiebat. Vnde est in XII. tabulis, Neve alienam fegetem pelleteris. quod & Varro & multi scriptores fieri deprehensum animaduertunt.

D. *Per cineres Amarylli foras: riuōque fluenti,*  
*Transque caput iace: ne respexeris: his ego Daphnī*  
*Aggregiar: nihil ille deos, nil carmina curat.*  
*Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnī.*

E. *Ne respexeris.* Nolunt enim se videri numina, nisi ex necessitate nimia. Vnde pro miraculo dictum est, Alma parens confessa deam, quod non faceret, nisi in periculo filij. *Nihil ille deos, nil carmina curat.* Satis est quod putat artem magicam nil valere. Quidam sic intelligunt, quamuis ille hæc omnia contemnat.

E. *Aspice, corripuit tremulis altaria flammis*  
*Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.*  
*Nescio quid certè est: & Hylax in limine latrat.*  
*Credimus: an qui amant, ipsi sibi somnia singunt?*  
*Parcite, ab urbe venit, iam parcite carmina, Daphnī.*

F. *Aspice.* Hoc ab alia dici debet. *Corripuit tremulis altaria.* Tremulis crispanibus: altaria autem dicuntur, & quæ continent & quæ continentur ab eis, nunc verò, ipsa, quæ ponuntur. *Sponte sua,* sine igne subito ex ipsis cineribus flamma emerit. Hoc vxori Ciceronis dicitur contigisse: cum peracto sacrificio libare velleret, in cinerem ex ipso cinere flamma surrexit, quæ flamma codem anno Consulem futurum ostendit eius maritum: sicut Cicero in suo testarum poemate, *Bonum sit.* Ideo optat, ut hoc signum bonum sit: quia ignis medius est, & qui possit etiam nocere. *Nescio quid certè est.* Hoc non iungendum superiori, est enim aliud prodigium. *In limine latrat.* In loco ubi amati vestes obruerat, canis enim latratus præ gaudio, domini demonstrat aduentum. *Ipsi sibi somnia singunt.* Omnia quæ supra dixerat de arte magica, destruit dicendo, hæc vera desiderantibus tantum videri: quod per prouerbium est locutus.